præfatam tollendi levandi percipiendi de levata et percepta quietandi pro
eademq[ue] si non fuerit persoluta Iure agendi processus quorumvis iudiciarios incho-
andi ad debitumq[ue] Executionis finem deducendi Cum ipsaq[ue] omnia tanquam sua
propria ad suos et suorum successorum quorumvis bene placitum libere et affectualiter
Convertendi præfat Iuris originalis ea omnia latius in se Complectens præsentisq[ue] Copiæ
et transfusi vigore.

Błażowski Alteri Obligat

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Premysliensibus
Nobilis Fedor Błazowski Sorz de Błażowa sanus mente et corpore existens
à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo præsentisq[ue] Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc
attinet sese successoresq[ue] ac bona sua quælibet omnia totaliter et plenarie incorporando
atq[ue] subiiciendo palam libere sponte ac per expressum Recognovit Quia ipse Nobili
Andreæ Błazowski Andreykowicz et eius posteris summam Centum sexaginta florenorum
polonicorum Certi veri iusti et liquidi debiti tenetur atq[ue] debet Pro qua quidem summa su-
prascripta Centum sexaginta florenorum polonicorum idem Recognoscens Nobilis Fedor Błazowski
bona sua propria et hæreditaria videlicet Quartam partem Agri in qua residet La-
bonisor Hryc Woytic cum eodem insimul Subdito Uxore pueris pecoribus pecudibus
ac tota eius substantia domestica et supellectili eiusq[ue] debitis laboribus dationibus
et obedientia Cumq[ue] omnibus et singulis eiusdem Quartæ Agri utilitatibus fructibus
proventibus redditibus Commodis emolumentis obvientiis attinentiisq[ue] et pertinentiis quibus
Universis Nihil ex Eisdem Iuris dominii et proprietatis ac cuiusvis Competentiæ
et Prærogativæ pro se Recognoscente suisq[ue] successoribus aut quopiam alio reservando sed
ex ipsis Verum prout bona præfata alias memorata Subditis ipsemet Recognoscens
tenuit habuit et possidebat prout Concernebant ac eidem serviebant

Inscripsit

Tam ex nunc et de facto suprascripto Nobili Andreae Blazowski Andreyko
wicz eiusq[ue] posteris hinc et ab actu praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli
in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto proxime tunc venturo inci
dens et in defectu solutionis exemptionis bonorum praefatorum summaeq[ue] praefatae Centum
Sexaginta florenorum polonicalium totalis et integrae persolutionis Extunc ad aliud simile
Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post biennium proxime tunc venturum incidens
et sic consequenter de biennio ad biennium Festo ad Festum Festi ad biennis sese
continue et immediate sequentis usq[ue] ad exemptionem bonorum suprascriptorum summaeq[ue]
memoratae totalis et integrae realem persolutionem inscripsit obligavit et invadia-
vit prout inscribit obligat et invadiat praesentibus In quae quidem bona praedicta per
se Recognoscentem obligata tam ex nunc et de facto coram officio praesenti memoratus
Nobilis Blazowski Recognoscens suprascriptum Nobilem Andream Blazowski dat et admit
tit realem Intromissionem et actualem pacificamq[ue] possessionem per Ministerialem generalemq[ue]
competentem et Nobiles duos dicendi quacunq[ue] tolerint officiose acceptandam Per ipsum Nobilem
Andream Blazowski eiusq[ue] posteros hinc eadem bona praedicta obligata cum universis
eorum utilitatibus et usufructibus tenendi habendi et possidendi illisq[ue] quiete et
pacifice utifruendi ac ad usus suos suorumq[ue] successorum quoruis beneplacitos
libere et effectualiter Convertendi modo ac titulo obligatorio Debetq[ue] et te-
nebitur memoratus Recognoscens Nobilis Fedor Blazowski prout se ac suos successores in et
super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusuis pecuniarum habitis et habendis
praefato Nobili Andreae Blazowski Andreykowicz obligatario suo eiusq[ue] po-
steris inscribit et obligat praesentibus Ipsum et eius successores in dictis bonis praefatis
obligatis et ratione eorundem ab omni et quauis impetitione iuridica quarumuis
personarum cuiuscunq[ue] Conditionis status et sexus cuiusuis existentium ex omni
in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defende
re evincere intercedere et eliberare indemnesq[ue] cum posteris reddere Heris

Haec eadē bona p̄fata immediata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus

prioribus et posterioribus super eadē bona p̄fata obligata modo quovis factis et facien-

dis etiā aquibusvis Citationē super eadē bona importatis et importandis Iuris de-

nique et per Iuris processibus quibusvis in quocunque iudicio et gradu Iuris de-

pendeū et in quovis Iudiō et officiō Regni modo quocunque obtentis et obtinendis ac

super p̄missis per oīa perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et

libera semper facere, ac etiā Introitū p̄fatū coram officiō p̄fatō administrandū

in fundo bonorum p̄fatorum p̄fatorum obligatorum per Nobilem et Nobiles officiose require-

tur non denegare imo debebit et tenebitur eadē libere dare et effectualiter

admittere, dataque et admissa eadem possidere et usus fructus p̄missorum omnē

tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non im-

pedire nec obtinere Ipsumque obligatarium suū et ipsius posteros in dictis bonis p̄fatis

obligatis nullo modo impediant. Ita ut hoc eadē bona p̄fata obligata idē obliga-

tarius suus suis cū posteris quiete et pacifice p̄fatae Inscriptionē obligatoriae tene-

re habere et possidere queat et possit vigore Iuris sub vadio Centū sexaginta

florenorum polonicorum per eundem Recognitum Nobilem Fedor Blizowski vel eius posteros

memorato Nobili Andreae Blazowski Andreykowicz obligatario suo eiusque poste-

ris ob non completionē p̄missorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto semper

toties quoties opus fuerit ad solvendū succumbendū. Pro quo quidē vadio modo p̄mis-

so ad solvendū succumbit ac in aliqua parte ex p̄missis non completa complen-

ditatis exactis Recognitus Nobilis Fedor Blizowski sive eius posteros ad instan-

tiam suprascripti Nobilis Andreae Blazowski Andreykowicz vel Illius successorum

Ad officium p̄sens Castrensem Capitaneum Premysliensem Ex tunc recessu suprascripto

quoad respondendū spectat mediante semper in primo Litterarum termino

tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere vadium p̄fatum cautionale-

re.

re Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur
seq[ue] ac suos Succores ad eadem onera obligat Illum primo termino perempto
2do 3tio et alios omnes exinde consequentes Causa eiusdem Terminos semper perem-
ptorios veraci firmitate pro Ratione minorennitatis Successorum legatione intra
vel extra Regnum servitio militari ad muniments ad Curiam vel alijs qui-
buscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem vltra
proximos officij praefati Castren[sis] Premisliensis Terminos dilationem sibi nonne
capiendo nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutionem faciendo ac ipsis
omnia primis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalijs
Iuris praescriptione Terrestri bello Convocationes ac alijs omnibus Iuris remedijs
et defensis non subterfugiendo nec modo quouis evadendo Hac praesenti
Inscriptione ad praemissa mediante.

Dydenski Matri suæ Roborat.

Coram officio Actisque praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premisliensibus comparens personaliter Generosus
Georgius Bydynski olim Generosi Hiacynthi Bydynski Filius sanus mente et
corpore existens à Terris Dictibus Iuribus Iurisdictionique suis quibuscunque proprijs
et competentibus modo praesenti Iuri Castren[si] Capitan[eali] Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum
hunc attinet se cum Succoribus ac bonis suis quibuslibet totaliter et plenarie incor-
porando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit
Quia ipse se ac suos Successores in et super bonis suis quibuslibet summisque
quibuscunque pecuniarum habitis et habendis inscribit et obligat praesenti scripto certum
manuale inter se Recognitum et Generosam Marinam olim eiusdem Generosi Hiacin-
thi Bydynski relictam Consortem Parentem suam ab vtrinque de actu et data
illius Premisliensi Die hodierna in actu contenta confectum manibus proprijs
subscriptum in omnibus et singulis eiusdem scripti Conditionibus punctis